

1598.

1308 d. 3 Sept.

Sigtuna.

FOLKE JONSSONS Öfverlåtelse-bref på ett markland jord i Wiby vid Sigtuna till Upsala Domkyrka, för 100 mark penningar, hvilka han några år tillförne fått låna, med tillkännagifvande, att han uppdragit sin tjenare Agmund, att derå gifva laga fasta.

B. 2: 46.

Omnibus presentes litteras inspecturis FULCO JONSSON salutem in domino sempiternam tenore presencium certitudinaliter constare volo quod ecclesie vpsaliensi vnam marcham terre soluo et trado in villa wiby prope sictuniam pro centum marcis denariorum vsualis monete quas ab ea recepi mutuo ante aliquot annos in pecunia numerata, et huic solucioni et tradicioni per agmundum famulum meum adhibeo firmarios secundum leges patrie et consuetudinem approbatam in cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum Datum sictunie anno domini Millesimo CCC° VIII° tercio nonas septembris,

1599.

1308 d. 4 Oct.

Eriksberg.

ARNFRID JOHANS DOTTERS testamentariska anordning af Hagbardatorp till Gudhems kloster, samt 10 mark till Skara domkyrka och till Jäla kyrka lika summa.

A. 3. å. *).

In nomine patris et filij et spiritus sancti, amen. Anno domini M°. CCC°. VIII°. jn sexta feria proxima post diem beati michaelis, Ego ANFRIDIS JOHANNIS FILIA sana mente et corpore jn presencia domini benedicti prepositij scarensis, jn erexbiærgh constituta, saluti animi mee volens salubriter preuidere, de bonis mihi a deo collatis testamentum meum condo jn hunc modum, videlicet quod in primis do et lego monasterio sanctimonialium in gudhem vbi eligo sepulturam, curiam meam jn hagbarðæthorpe cum omnibus bonis mobilibus et immobilibus et ceteris eiusdem curie pertinencijs intra sepes et extra, quam iure hereditario defuncto filio meo jngimundo acquisij. Hac condicione videlicet, quod habeam vsufructum dicte curie ad dies meos, Me vero defuncta, eadem curia ad dictum monasterium deuoluatur, Jtem do et lego ecclesie beate virginis scaris ad fabricam, decem marchas, Ecclesie jn ialum .X. marchas ad fabricam uel ornatum, volens, vt quicunque presens testamentum cassare, impedire uel infringere temptauerit, diuinam senciati vlcionem, Testes autem qui huic mee ordinacioni interfuerunt, sunt

*) Ur en af Biskop Brynolf i Skara vidimerad afskrift, af d. 10 Febr. 1311.